



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentissimis Jesu Christi Dei-Hominis

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1723

VD18 80217931

Consultatio XIII. Jesus Christus incipit se manifestare mundo ratione quadam, quæ evidenter demonstrat, ipsum esse Deum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45509

ac controversiam; ambæ acquirerunt partes, eòquòd utraque suam obtinuerit causam: relictis ergò illis in pace, & acceptis reciproce ab eis grati animi exhibitionibus, recessimus, ut nostram resumere viam.

Cùm abiremus inde, bonis avibus, occurrerunt nobis Philemon, & Priscus, antiquâ familiaritate & amicitâ nobis conjuncti, quos socios adhibuimus, quasi totius nostri residui itineris.

CONSULTATIO XIII.

Jesus Christus incipit se manifestare mundo ratione quâdam, quæ evidenter demonstrat, ipsum esse DEum.

Opportunus admodum nobis accidit hic Philemonis & Prisci occursum, ad mitigandos aliquantisper diuturni nostri itineris labores, tum ob gratiam, quâ plurimum pollebant, conversationis suæ amœnitatem, tum ad prosequendum, cui nos obstrinximus, colloquium, decernentes animo non prius desistere ab eo, quàm indagaverimus cuncta, quoad nobis licuerit, quæ spectant ad gloriam & excellentias Christi Jesu, quamvis impenetrabiles ingenium Angelorum, tum hominum contineant abyssus, totumque id, quod de iis dicere possumus, non sit nisi parva è mari extracta aquæ guttula.

Philemon sinistra natiuitatis forte institutum tenuerat Judæismi, sed ab aliquibus annis Christianismi receperat gratiam, postquam diuturno tempore amabi-

les misericordiarum Dei respue- rat invitationes, ex ingenitâ infelicis ipsius nationis proterviâ, ac obfirmato sibi quæsi hereditario adversus Jesum Christum, cujus nec nomen tolerare possunt, odio. Cùm peracri polleret ingenio, non leviter nec superficialiter percurrere eas, quas secum volvebat, materias, penitus volens illas rimari & nôsse è fundo; & quia æstimabat plurimi suorum religionem Patrum, nihil non fecit, ut abstrusissima eructet & cognosceret illius arcana, reconditissima mysteria, assiduâ veteris Testamenti lectitatione, cum novum non nisi magno prosequeretur contemptu, velut fabulam, quam ne quidem suâ dignabatur lectione.

Nihilominus cum aliquando magis seriò secum perpenderet, oportere hanc fabulam speciosis saltem quibusdam induciam &

Quomodò doctus & sapiens Judæus fuerit conversus & factus optimus Christianus.

Fff 3

obdu-

obductam esse apparentiis, cum recepta fuerit velut veritas à viris innumeris omni scientiâ excellentissimis, qui illam amplexati sunt tot sæculorum intervallo, velut oraculum è cælo, statuit secum illam revolvere, ut ipsius evolveret & in lucem proferret dolos; Tam benè, dicebat, servare potest mendacium ad majorem conferendum splendorem veritati, quàm luminis augeantur splendores ex oppositione tenebrarum. Legit illam, & primâ fronte nil invenit nisi magnam admodum simplicitatem, stylum candidum, apertum & sincerum, qui nihil obducatur fucò, nullâ prorsus utatur exaggeratione, nullas adhibeat figuras scitatas, terfas, ingeniosas, quæ attonitum reddant lectoris animum, qui tanto candore recenset universa, ut æquali ratione dicat id, quod cedit probro & confusione, quàm id, quod cedit gloriæ & honori illius, de quo agit historia; qui referat tam benè malum, quod is toleravit, quàm bonum, quod is perfecit; quique tam parum propriis inservire videatur commodis, ut ne quidem verbo invehatur in eos qui pessimè exceperunt ipsum.

Ubi est igitur dolus, inquiebat? an omnia majori candore possent recenseri? Sed quâ ratione viri illi, qui exarârunt & divulgârunt tot ac tanta prodigia,

Prudens consideratio circa lectionem sancti Evangelii,

quæque eodem tempore & loco, ubi asseverant ea accidisse, tam fuerint manifesta; quâ ratione inquam, non sunt excepti sibilis & sarcasmi ab universo mundo, si nonnisi recensuissent fabulas? Et quomodò posteritas narratione tam simplici permisit se decipi, si fabulosa est, & commentitia; & præcipuè in tanti ponderis argumento, sicut est illud religionis, ubi universorum interest, invigilare attentius, ne circumveniantur? procul dubio hic aliquod, quod non intelligam, latet mysterium. Ecce quid ipsius animum reddiderit suspensum; & id ipsum fuit, quod succendit in ipso desiderium curiosius indagandi veritatem, ubi primitus signamenta credebat contineri. Non igitur fuerat nec actio, nec verbum, nec circumstantia ex omnibus iis, quæ referuntur in vita Jesu Christi, quam non indagârit studiosissimè; unde Spiritus DEI, qui in hoc ipsum dirigebat, factus est Magister ejus, ita ut tandem, quod ipsi primitus videbatur fictitium, factum sit in animo ipsius veritatis Evangelium.

Priscus, qui erat amicus ipsius, inserviens ipsi velut occultissimarum cogitationum depositarius, vir erat sagacissimus; quem plurimis occupabat exercitationibus curiositas, siquidem diversas mundi peragraverat regiones, ut vehementi, quo ardebat,

Solatio est Christiano audire sermonem de locis in quibus Jesus Christus fuit.

bat, satisfaceret desiderio viden-
di ac lustrandi omnia: sed præ-
cipuè tenebatur studio invisendi
terram sanctam, & obser-
vandi, maximà cum solitudine
paucà illa, quæ adhuc restant
locorum vestigia, præsentia Jesu
Christi honorata, & miraculo-
rum, quæ in illis patravit, me-
morià hucusque nunquam non
celebria. Hinc est, quod familia-
ritate & consuetudine ejus plu-
rimùm oblectaretur Philemon;
siquidem ex eo, quo Christigenam
se profitebatur, nullà ex
re majori perfundebatur volu-
ptate, quam si fundere quen-
quam audiret verba de Jesu
Christo, & locis, ubi fuerat, iti-
neribus, quæ fecerat, situatione
locorum, & cæteris omnibus,
quæ addiscere poterat ab eo, quo
loquebatur de rebus, quas pro-
priis usurpaverat oculis. Verum
est, ipsum semper dixisse nobis
quædam specialia, unde non le-
vem hausimus oblectationem.

Postquam descripserat & vi-
vis coloribus expresserat amico
suo desertum Quarentana, ubi
Christus Jesus quadragintadiale
suum expleverat jejunium, in-
cipiebat recensere ipsi, quâ ra-
tione voluerit se manifestare
mundo, & ab exitu ex hâc soli-
tudine prædicare publicè. Ecce
tibi, unde inceperit. Sanctus
Epiphanius dicit, quod confecto
suo jejunio & superatis suis ten-

tationibus reversus fuerit in Ga-
lilæam, & quindecim adhuc dies
permanserit in Nazareth, quæ
civitas ipsius erat, in qua vixe-
rat semper incognitus ab infan-
tia sua. Primo insequenti die
juxta exactiorem supputationem
deputarunt Principes Sacerdo-
tum legationem ad sanctum
Joannem Baptistam, qui non
obstante silentio suo & solitudi-
nis suæ arcano impleverat uni-
versam Judæam rumore prodigiosæ
suæ vitæ, & admiratione
sanctitatis suæ, ut interrogarent
eum an ipse promissus esset Mes-
sias. Respondit ipsis, quod non;
sed quod esset vox e cælo missa
ante ipsum, ad annuntiandum
eis adventum ipsius, quodque
jam esset in medio eorum, absque
eo, quod ipsum cognoscerent.

Die sequenti habens Jesum
Christum sibi occurrentem, di-
gito demonstrans eum dicit: Ec-
ce Agnus DEI, ecce qui tollit
peccata mundi. Et ex hoc addu-
cti sunt aliqui discipulorum Joan-
nis ut sequerentur ipsum. Vita
divini Præcursoris erat tam il-
lustris, & vox ipsius tam fortis,
ut desertum illius desineret esse
desertum ex affluxu copioso po-
pulorum, qui accurrebant audi-
tum feruentes ipsius conciones.
Et quamvis nonnisi ejacularetur
in ipsos fulmina, incredibili ar-
dore deprævatos ipsorum ob-
jurgans mores, ut disponeret eos
quan-

*Cur Judæi
primitus cre-
diderint Joan-
nem esse Mes-
siam.*

Epiphanius
hæres, 51,

quantum poterat ad recipiendum Messiam, quem ipsis annuntiabat, quique mox se ipsis demonstraturus erat, tamen tantum aberrat, ut rigore hoc absterriti non amplius frequentarent ipsum, ut potius multitudo eorum, qui veniebant ipsum audituri, sumeret quotidie incrementum. Ex hoc Scribæ & Pharisei, qui omnem de adventu Messie abhorrebant sermonem, malitiosè incusserunt Herodi timorem futuræ seditionis in populo; & ipse, qui occultam jam conceperat animo adversus Joannem Baptistam indignationem, ob factam sibi liberè de adulterio commisso reprehensionem, credebat id facile, & mandabat ipsum constringi

carcere, ita ut vox verbi sepulta & tumultata fuerit silentio. O quam incomprehensibilia DEI sunt consilia! Opprimitur justus & prosperatur peccator ac triumphat; & magnus divinæ providentiæ oculus id videns, omnia sic accidere permittit.

Hucusque observatum non fuit, initium dedisse jam Christum JESUM Prædicationi suæ per seipsum; reliquerat divinum hoc ministerium præcursori suo exercendum, cujus partes erant præparare ipsi viam; sed quamprimum cessavit vox, incepit Verbum, & verba faciendo, se demonstravit mundo. Imaginare tibi, quantâ mundus fuerit ex eo percussus admiratione.

ARGUMENTUM.

Quanta fuerit mundi admiratio, quando visus est Christus JESUS primâ vice conscendere Cathedram.

ARTICULUS I.

JESUS Christus capit prædicare in Capharnaum, & quare.

NON in Nazareth, ubi tot annis suum fixerat domicilium, incipere voluit prædicationem suam, forsan ex eò quòd, sicut ipse dixerit, non sit aliquis Propheta acceptus in patria sua. Et dein hæc civitas, quia parva admodum erat non fuerat idonea ad exequendum hoc magnum DEI consilium. Elegit ergò Capharnaum, quæ erat civitas magna & metropo-

lis totius Galilææ, abundans & dives ob ingentia commercia, quæ parabat, portus quem habebat, maris, affluens copiosâ populi multitudine, habitata æqualiter tam à gentilibus, quàm Judæis. Hic elegit sibi domum, ubi plerumque maneret cum duodecim suis Apostolis, trium annorum spatio, quos collocabat conficiendo maximo Redemptionis mundi negotio.

Hic

Jesus Christus incipit magna patrare miracula in Capernaum.

Hic suam erexit Cathedram, suamque incepit evulgare celestem doctrinam; hic confirmavit illam tantâ miraculorum frequentia, ut Salvator totius mundi sibi magis complacuisse videatur in ea, quàm in cæteris omnibus mundi civitatibus. Hic enim, cum haberet domum suam plenam multitudine hominum, qui ipsum venerant auditum, aliqui apportantes Paralyticum in lecto, ignari ubi ipsam inferrent præ turbâ, ascenderunt super tectum, & per tegulas summisserunt eum ante illum; quorum fidem cum vidit, sanavit ipsum in instanti, tam corpore, quàm anima, remittens ipsi peccata sua, ipsumque à suâ liberans paralyti; hic reddidit visum duobus cæcis, & liberavit unum obsessum à diabolo muto. Hic ambulando per beatæ hujus civitatis plateas sanavit servum centurionis, restituit occultè incolumitatem mulieri fluxu sanguinis laboranti & tangenti simbriam vestimenti sui, & mortuam resuscitavit filiam Principis Synagogæ. Non omnia iniri numero possent ingentia miracula hic ab ipso patrata, ut confirmaret operibus, quod docebat verbis: Judica ergo de profecta indè admiratione publicâ.

Verùm hæc æqualis non erat illi, quâ correpti sunt omnes,

dum videbant ipsum primâ vice apparentem in Cathedra. Non conscendere illam solebant, nisi Sacerdotes, Pharisei, Jesus Christi Legis Doctores, viri consecrati ministerio Altaris: Et conspiciebatur repente homo triginta annorum, qui hucusque habebatur velut unus de plebe, in omnibus non absimilis vulgo, velut opifex, qui nunquam fuerit visus frequentasse scholas, vel instruxisse alios, sed semper suis laborasse manibus in tabernâ ad comparandum alimenta sua. Ecce tibi illum ascendentem Cathedram, & signum dantem, adesse se, ut prædiceret: accurrunt omnes & attoniti aspiciunt ipsum. Quæ novitas est hæc? Quid agere vult hic homo? Quid vult dicere? Nonne is est hic opifex, hic filius Joseph, faber ex Nazareth? Est ipsissimus: Hem! unde ipsi hoc consilium, quod prædicare velit! an aliquam scientiæ habet tincturam, qui nunquam frequentavit scholam? an ulla possideat doctrinæ lumina, qui nunquam gymnasii salutavit limina?

Porrigitur ipsi in manus Bibliorum codex, aperit illum & occurrentem habet oculis illum Prophetæ Isaïæ ex capite sexagesimo primo textum: *Spiritus Domini super me, eoquod unxit Dominus me, ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde.*

Ggg

Admiratio Judæorum audientium Jesus Christum primâ vice concionantem.

Luc. 4.

Isaïæ 61.

de, & predicarem captivis indulgentiam, & clausis apertionem: Claudit librum, illumque ipsis reddit, & incipit dicere illis: *Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris: videtis Prophetiam hanc in mea adimpletam personâ; Ego sum, qui missus sum vobis de cælo, postquam tam longo tempore fueram promissus. Exin serîo adhortatus est ipsos ad pœnitentiam, uti à S. Matthæo refertur: *Cœpit predicare, pœnitentiam agite, appropinquavit enim regnum cælorum. Invehitur vehementer in depravatos ipsorum mores; unde & omnes hærebant attoniti, & extra se ipsos abrepti dum divina percipiebant oracula ex hujus ore homines, quem hucusque credebant omnis expertem eruditionis. Nesciebant, quid cogitarent de hoc homine, qui modò prodiens è tabernâ semetipsum prodit illis, & dicit, se esse Messiam à lege & Prophetis promissum.**

Fateor, dicit hic Priscus, improbare me non posse, nec in sinistram partem interpretari Judæis, quod difficiles se monstraverint in recipiendo ipsum: quam enim verisimilitudinem & congruentiam habebat ad id, quod dicebat? Descriptus fuerat ipsis Messias velut magnus Princeps, Augustus Monarcha dominaturus ubique; & hic pauper

est homo, nullâ pollens nec potentiam nec auctoritate. Dictum fuerat ipsis, quòd futurus esset magnus Pontifex, & summus Religionis Sacerdos, & hic nequidem est minimus ex ipsis, qui templo famulantur. Promissum fuerat ipsis, quòd venturus esset splendidâ cum Majestate, ad eripiendum ipsos omnes è miseria, & hic videtur homo simplex & unus de plebe. Non igitur habebat aliquam congruentiam ad id, quod dicebat.

Sed quid agere prætendit simplex hic homo, affirmans se esse promissum ab omnibus Prophetis Messiam; asserens, esse se illum tam diu expectatum, & tantopere desideratum ab universo Israël's populo, à quatuor vel quinque millenis annis? quis est, cui id persuadebit? Si est Messias, uti ipse affirmat, oportet illum immutare faciem totius mundi, annihilare gentilitatem, sustentatam à potentia Imperatorum, scientia Philosophorum, eloquentia Oratorum, zelo populorum in fana & idola sua, à toto inferno imperium ipsius stabiliente in universa terra; & quod plus complectitur difficultatis, oportet ipsum delere antiquam hanc Judæorum religionem tam solide innixam scripturis, miraculis, divinorum oraculorum auctoritati; oportet ipsum, si verè est Messias, gran-

Justæ rationes, quas habere poterant Judæi, non credendi pœnitentis Jesu Christo.

Primus sermo
Jesu Christi
fuit de pœnitentia.

Matth. 4.

grandævam hanc & divinam religionem dissolvere & mutare in illam, quam ipse erigere velit, & præterquam alia non esset in mundo, quæ pro religione agnoscat veri DEI: & homo hic solus, qui nullâ pollet auctoritate, quique hodie post triginta annorum silentium modo incipit prædicare, faciat & moliatur hæc omnia? cui non manifeste patet, id esse impossibile?

Efficaces rationes quibus percuaderi debet Judæus ad amplectendam religionem Christianam.

Sed hoc ipsum est, reponit Philemon, hoc unum fuisse ex efficacissimis motivis, quibus tum convictus, tum obstrictus sum credere, ipsum verè esse DEum: siquidem si venisset armatâ manu, stipatus quatuor vel quinque centenis millibus hominum, ut suam illatâ vi in universo orbe stabiliret imperium, ut omnia everteret falsorum Deorum fana, ut legis Judaicæ ceremonias immutaret & sacrificia, sibi que soli faceret obtemperari ab universis totius orbis hominibus, formidandâ hâc potentiâ; non convinceret ex eo; cum omnis alius homo, quàm ipse hâc ratione id potuisset efficere. Si supremum exercuisset Pontificatum, & tenuisset cum Sacerdotio sceptrum, sicut olim mos fuerat; si que per longam annorum seriem magnâ sibi acquisitâ exultatione, absolutum sibi comparasset dominium omnium animorum, ad

hæctendum illos juxta voluntatem suam, & confecisset tandem hanc in religione, regione & regno mutationem, quam facere statuisset: potuissent adhuc dubitare, an non esset hoc opus operæ prorsus humanæ? Vel etiam, si possedisset & tenuisset immensos in manibus suis thesauros ad lucrandum & hæctendum mundum, proprio ipsius commodo, quod plerumque est machinamentum, quo humana subvertuntur omnia; non vidissem contineri hic quidquam, quod tantam ciere debebat admirationem.

Verùm quòd conficere hæc potuerit abs eo, quod uteretur ullo ex his aut aliis ejusmodi machinamentis: concludo exin, necessariò ipsum esse debuisse omnipotentem DEum. Oportet habuisse ipsum potentiam invisibilem longè majorem illâ Imperatorum, omniumque hominum, ac omnium infernalium potestatum, cum delere potuerit, sicut fecit, gentilitatem cunctis viribus ab ipsis propugnatam. Jam quæ potentia tanti est roboris, quàm sola cunctipotentia DEI? habuit ergò illam infallibiliter, quod est manifestum. Oportebat quoque ipsum habere omnem auctoritatem & potestatem DEI, id est, oportebat ipsum esse verum DEum, eò quòd immutaverit id,

Ggg 2 • quod

quod maximè essenziale est in religione veri DEI, uti sunt Judaicæ legis sacrificia cœlum id vidit, id toleravit, parum est, id approbavit, id confirmavit, & id factum est, & subsistit per tanta sæculorum spatia. Post hæc dubitare amplius mihi non licet, sum nimis quàm certus, tam clarè me cernere video, sicuti in plena meridie, quod sub tenuibus hisce apparentiis in quibus sese exposuit hominum oculis, quando prædicationi suæ initia dedit, ipse sit verè Filius DEI, & verus in lege promissus Messias.

Non nisi DEI est producere magnos effectus per media improporcionata,

Non nisi brachii est omnipotentis DEI, maximo pro fine impendere media, quæ nullam habeant cum fine proportionem. Quando Moyses cum parvo solum in manibus baculo replevit cœlum & terram, mare & omnia elementa ingentibus his prodigiis, quæ admirationi fuere universis sæculis: quis non videt non fuisse hunc baculum, neque hunc hominem stringentem ipsum manibus, qui fecerit illa omnia, sed omnipotentem manum DEI? Quantò debilius excellentium horum operum est instrumen-

tum, tantò magis respondere facit excellentiam DEI, qui ipsorum præcipua est causa. Videre mihi videor sanctissimam humanitatem unitam verbo divino in persona JESU Christi, velut baculum in manu Moysis, vel velut Moysen in manu DEI, quantò debilior & minus idonea ipsa videtur ex seipsâ, ad conficiendas omnes has stupendas mutationes, quæ consecutæ sunt adventum Messia, tantò clarius effulgere exin video Omnipotentiam verbi æterni sub tenuibus his apparentiis obvelati, & mecum ita discuro: Hic homo, quem video in Cathedrâ, quique habetur pro opifice, non posset facere, quæ facit, nec alius in orbe homo, nec omnes totius mundi homines simul potuissent id facere, & consequenter non est simplex ipse homo: oportet ipsum necessariò esse DEum-Hominem. Demonstrativum hoc est & clarè concludens, meumque convincit intellectum. Sed video aliquid, quod majoris adhuc mihi videtur roboris, & est quod sequitur.

ARGU-

ARGUMENTUM.

*Vehemens oppositio, quâ reluctati sunt ipsi Presbyteri,
Pontifices & Legis Doctores.*

ARTICULUS II.

Simplex populus non nisi hæ-
rebat attonitus videns ipsum
concionantem, & admirabatur,
quod capere non poterat,
quando dixit se esse Messiam
ab ipsis expectatum. Sed Pon-
tifices, Sacerdotes & Legis Do-
ctores offensi sunt ex eo & re-
sistèrunt ipsi in faciem: *In quâ
potestate hac facis?* Quis munivit
te facultate concionandi & tra-
dendi ejusmodi doctrinam?
Quid nostro te implicas mini-
sterio? quid nostra tibi sumis
negotia? quis misit te? Ecce i-
nitium persecutionis, quâ nun-
quam non exagitârunt ipsum:
toto enim vitæ ipsius decursu
non cessârunt sævum ipsi mo-
vere bellum, quoad ipsam in-
fluxerint mortem & affixerint
ipsum in cruce. Quantum ne-
fas, bone DEus & quàm abo-
minandum facinus in personis
Deo dicatis, Presbyteris, Legis
Doctoribus, Pontificibus. Quo-
rum præcipuè esset DEI pro-
curare gloriam & salutem po-
pulorum, cum teneant in ma-
nibus thesauros scientiæ, aucto-
ritatem legis diviniæ, & si ita
fari licet, clavum & clavem re-
ligionis, sunt ipsimet, qui sese

exhibuerunt maximos DEI ini-
micos, quique semper se pluri-
mum opposuerunt inæstimabili
beneficio Redemptionis pecca-
torum. Etquam ob causam?

Invidia, ambitio, avaritia, pro-
prium commodum possidet ip-
sos, tamque atrociter ipsos ex-
cœcat, ut quamvis argumenta
haberent plusquàm sufficientia,
ad cognoscendum, quod JESUS
Christus verus sit Messias, quan-
do etiam conspexissent id tam
clarè sicut lucem meridianam,
non tamen in ipsum credidissent:
DEus nihil est animæ sub ty-
rannide passionum suarum in-
gemiscenti: Repleat totam Ju-
dæam miraculis, verba faciat
tam divini, ut cunctos demul-
ceat populos, convincat etiam
ipsum secum disputantes argu-
mentis tam evidentibus, ut ni-
hil respondere possent ipsi, nun-
quam tamen ipsos in aliquo mo-
vebit, nunquam de ipsis repor-
tabit victoriam; si enim agno-
scerent ipsum Messiam esse, quo
deveniret ipsorum potestas, de-
berent cedere ipsi, seque pro-
sternere ad pedes ejus, quod fa-
cient nunquam. O quàm infe-
lix est status animæ, quæ alium

Passiones
Pontificum
excœcat
illos.

Ggg 3 non

Matth. 21.

Persecutio Sa-
cerdotum &
Pontificum
contra JESUM
Christum.

non habet DEum, nisi ambitionem suam, nisi proprium commodum suum! si teneret vitam DEI in manibus suis, imò si omnes veri DEI excellentias in sua haberet potestate, ut faceret ex illis, quidquid vellet, sacrificaret ipsas omnes immoderatis affectibus, desideriis & concupiscentiis suis.

Passiones
sunt fero-
ces bestię.

O bone DEus! custodi nos à tyrannide immodicorum & inordinatorum affectuum: Te flexo poplite & lachrymantibus precor oculis cum Vate regio: Libera me Domine, ex ore leonis; ne permittas, ut me devoret; libera me à cornibus taurorum, ne statuas, ut discerpant me; libera me à dentibus serpentum, tuere me, ne afficiant me venenò; libera me ab oculo Basilisci, ne sinas me mactari ab eo. Id quod bestię sunt feroces, & serpentes maximè mortiferi corporibus, id affectus indomiti ac effroenes sunt animæ; hi devorant ipsam velut leones, discerpunt ipsam velut tauri, inficiunt ipsam veneno velut serpentes, occidunt ipsam velut Basilisci.

Pontifices
convertabant
omnia in ma-
lum contra
Jesum Chri-
stum.

Animæ Scribarum & Pharisæorum, Sacerdotum ac Pontificum Ecclesiæ Judaicæ tolerabant aliquid pejus à passionibus omninò rabiosis, quibus accendebantur erga Jesum Christum. Nunquam non discerpebant i-

psum suis conviciis, nunquam non conabantur omnia ipsius subvertere consilia, nunquam non sanctissimas ipsius carpebant actiones, & sinistra inficiebant interpretatione, ita ut dicerent, ipsum ejicere dæmonia in nomine & virtute Belzebug, nunquam non intuebantur ipsum oculo tam livido & veneno invidiæ pleno, ut nunquam cessarent machinari necem ipsi. Et nos videmus, ipsum incessanter ex parte suâ declamasse contra ipsos, depravatos ipsorum mores acri insectatum oratione, ac malitiam exprobrasse mentis.

Aspicite hoc Presbyteri, Præsules, Pastores Ecclesiæ Christianæ, considerate hoc benè & contremiscite: Illi, quorum tenetis locum, maximi fuerunt adversarii, hostes infensissimi, quos unquam Jesus Christus habuit in terris: facile erat ipsi lucrari & fletere populos, nam hi adorabant ipsum, sed impossibile erat illi lucrari & emollire Presbyteros, nam hi lethali proquebantur ipsum odio: peccata populorum digna erant indulgentiâ & misericordiâ; nam ut plurimum proficisciebantur vel ex ignorantia, vel ex fragilitate; peccata Presbyterorum non erant digna nisi execrationibus & anathematibus Filii DEI, quia non nisi ex purâ dimanabant perveritate ac malitia. Populi pote-

Consideratio
seria, quid
Presbyteri fa-
cere debeant.

poterant converti, quia ipsorum peccata erant peccata hominum; non poterant converti Presbyteri & ad frugem reduci, quia peccata eorum, peccata erant diabolorum. Populi credebant omnino simpliciter in Christum JESUM, quia suam quærebant salutem, & bonam incedebant fide; Presbyteri contemnebant JESUM Christum & doctrinam ejus & exempla ejus, quia non quærebant salutem suam, sed gloriam suam, commodum suum, quamvis millenis uterentur dolis ad celandum hæc omnia specioso obtentu gloriæ DEI, & obligationis, quâ tenerentur dignitatum ac officiorum suorum propugnare & conservare jura. Perpendite hoc bene & consulite vobis.

Ecce igitur Scribas & Phariseos, qui hodie suam inceperunt concertationem contra JESUM Christum; & mox, ubi cæpit palam verba facere & prædicare interrogabant ipsum circa missionem suam: *In quâ potestate hæc facis*: profectò jus interrogandi habebant ipsum, quia legitimi pastores erant, ad quos spectabat explorare missionem ejus, qui prædicare volebat populis; Ipsorum interrogatio innocens erat & justa, si interrogassent ipsum ad explorandum illam, & non oblectandum ipsi,

Sed noverant jam ipsam, & alius illis, quam opponendi se ipsi non erat animus.

Et unde noverant ipsam, interrogavit Ecclesiasticus noster, cum nunquam hucusque dixerit ad populum? Noverant illam, dicit Philemon, ex sancto Joanne Baptista, quando miserunt ad ipsum, ut interrogarent eum, an ipse esset Messias; respondit enim illis: Non sum ego Messias; *Sed venit post me, qui ante me factus est, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamenti ejus*: Sequenti die videns S. Joannes venientem ad se JESUM, dicit omnibus, qui aderant: *Ecce Agnus DEI, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebam eum; Sed ut manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans: Et vidi Spiritum descendentem quasi columbam de caelo, & mansit super eum: Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu Sancto, & ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est Filius DEI.*

Hæc ratione sanctus Joannes Baptista clarè de ipso loquebatur, tum ad eos, qui missi fuerant à Scribis & Phariseis, tum ad populum universum, qui

Joan. I.

Sanctus Joannes Baptista declarabat Judæis missionem JESU Christi, velut præcursor ipsius.

Vis testimonii sancti Joannis Baptistæ.

Matth. 21.

Sideratio, quid presbyteri debeant.

venerant audire eum. Non poterat verbis magis propriis significare ipsis, missionem illius esse de cœlo: siquidem clare designabat illis tres sanctissimæ Trinitatis Personas; Patrem, à quo missus est baptizare, quique dixit illi: super quem videris descendere Spiritum Sanctum, ipse est, qui tollit peccata mundi, hoc est, ipse est Messias; Filius, qui baptizatus est, quemque vox Patris manifestè declaravit dilectum suum esse Filium: Hic est Filius meus dilectus; Et Spiritum Sanctum, qui visibiliter apparuit super caput ejus sub specie columbæ. Et tandem persuasus & convictus his testimoniis declarat illum verum Filium DEI. Cùm ergo Pontifices & Sacerdotes tantum fidei tribuerent S. Joanni Baptistæ, ut ipsum crederent esse Messiam, dubitare non debebant de ejus, quod dixit veritate. Probè ergo noverant, Jesum Christum, quem ipsis designaverat, missum esse de cœlo velut proprium Filium DEI & verum Messiam suum, adeoque & cognoscebant veritatem missionis ipsius tam fideliter notificatam testimonio, quod nullum relinqueret dubitationi locum. Quando ergo explorabant missionem ejus, non erat ut hanc perciperent, sed ut ipsi contradicerent.

Hinc est, quod Jesus Christus responsum ipsis dedit verè divinâ suâ dignum sapientiâ. Nam cum ipsum interrogarent: *In quâ potestate hæc facis?* dixit illis: Interrogabo vos & ego unum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, in quâ potestate hæc facio. Baptismus Joannis unde erat? Ecœlo, an ex hominibus? id est, estne DEus, qui magno huic viro dedit potestatem baptizandi? an est inventio aliqua humana? Adverterunt quamprimum, se suomet fore capiendos responso: *Nam si dixerimus è cœlo, dices nobis; quare ergo non credidistis illi: si autem dixerimus, ex hominibus, timeamus turbam; omnes enim habebant Joannem sicut Prophetam.* Quid igitur agant, ut hæc labyrintho se eximant? respondere enim oportet: Quid dicitis? Quòcumque verteritis vos, nulla vobis est securitas. Si magni facitis Joannem Baptistam, danda est manus Jesu Christo, & agnoscendus ipse pro vero Messia: O potius millenas mortes! si contempnitis ipsum, irritabitis omnes contra vos, & cuncti vos obruent lapidibus velut angues & serpentes. Sed exponere nolumus nostram periculo vitam, relinquamus rem indecisam, nobis est, si fateamur, vel potius simulemus, nostram hæc super re ignorantiam; *Et dixerunt, se nescire.*

Hi

Malicia Pontificum Judaeorum fugientium lucem,

Hi sunt serpentes, qui fugiunt & oderunt lucem, qui abscondunt se in tenebris, & occultant se in spinis. Sed an suum deponent venenum? Non, magis mortiferum jam fovent, quam unquam; pluries redibunt ad oppugnandum ipsum. Quando viderint universum populum currere turmatim post ipsum, qui ipsum & admirentur & adorent; interrogabunt contemptim: *Nunquid ex Principibus aliquis credit in eum, aut ex Phariseis? sed*

Joan. 7.

turba hac, quæ non novit legem: Et rabies ipsorum eousque excrevit, ut maledictionem imprecati sint turbæ: Maledicti sunt. Dicent audacter, quod blasphemet, dum dicit se Messiam esse & Filium DEI. Verum exhibet ipsis argumenta & rationes, quibus impossibile est illis respondere; & confusio, quam recipiunt ex eo, congeminant adhuc illorum contra ipsum rabiem. Et ecce tibi argumentum è validioribus unum.

ARGUMENTUM.

Jesus Christus remittit Scribas & Phariseos ad scripturam, ut addiscant ex illâ, se verum esse Messiam.

ARTICULUS. III.

Judæi firmiter inhærebant antiquæ possessioni Religionis & scripturarum.

Fatendum est, possessionem diuturnam jus magni conferre roboris. Jactitabant se Judæi, se solum esse populum in universo orbe, qui possideat & in deposito habeat à creatione mundi, veritates divinas, cum scripturæ suæ, quæ continebant illas, tantæ sint antiquitatis, ut nullus fuerit hominum, qui protulerit in medium antiquiores illis. Conservaverant illas sollicitè & incredibili cum fidelitate, eodquod plenæ essent inæstimabili felicitate illis promissâ, & hoc medio promissâ quoque cæteris omnibus hominibus, in mitendo ipsis liberatore, à quo om-

ni complendi essent felicitate. Circumferebant ubivis libros suos apertos, & aspicere volentibus monstrabant excellentiam & certitudinem magnæ hujus promissionis. Hic erat ipsorum & omnium mortalium thesaurus, cujus ipsi soli erant depositarii, nec quisquam hoc tam singulare ipsorum oppugnabat privilegium.

Huic inhærebant firmissimè. Quod si quis cognoscere volebat veritatem; oportebat accedere ipsos, & hanc addiscere ex ipsorum scripturis. Tam pertinaciter suas amabant pollicitationes, ut contenti his essent, & ita quidem,

H h

dem,

dem, ut ipsammet illarum repudiarent adimpletionem; & quando JESUS CHRISTUS dicebat ipsis, se illum ipsum esse, cujus tam diuturno tempore habebant promissionem & spem, repulerunt illum. Nos scripturas habemus, quæ divinas continent veritates, de quibus sumus certissimi, non possumus non inhaerere illis. Sed an ergo perpetuo vestris inhaerendum vobis erit promissis, cum nonnisi contineant illa, illorumque spem, & nunquam aspicietis ipsorum adimpletionem, cum nihil dicant, ipsa jam esse adimpleta? Nullâ refert, nos probe novimus, locutum esse DEUM Moyli & aliis Prophetis; sed non novimus, quis sit ille, qui loquitur nobis. Et juxta hanc regulam, si inhaerebitis illi, nunquam habebitis Messiam præsentem, sed semper promissum solummodò & futurum.

Nihilominus ecce tibi omnem illorum vim, scripturam, Prophetas, promissiones DEI; & ipsâ hæc vi Christus JESUS ipsos stringit ac veritatis convincit, quam oppugnare volebant. *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: illa sent, quæ testimonium perhibent de me.* Non dicit illis simpliciter; legite scripturas, sed utitur verbo magnam energiam habente: *Scrutamini scripturas.* Indagate, rimamini, introspicite

JESUS CHRISTUS
iisdem scri-
pturis uteba-
tur, quibus
Judæi, ad con-
vincendum,
illos.

Joan. 5. v. 39.

usque ad intima, penetrare usque ad spiritum & veram scripturarum intelligentiam, & invenietis Messiam me esse; litera, quæ non est nisi cortex, vobis dicet me venturum; sed spiritus sub hoc cortice absconditus, vobis ostendet, me jam veni.

Quæ modò hoc? interrogat Priscus; in qua scriptura inveniunt, JESUM CHRISTUM ipsis loquentem esse Messiam? Inveniebant plurimas adventus ipsius promissiones; sed ubi videre poterant promissionis hujus adimpletionem in persona, quam habebant præ oculis? Philemon, qui conversus fuerat nonnisi post assiduum & exactum studium, tum totius Evangelii, tum veteris Testamenti, paucissimis verbis, fecit ipsi circa hoc enarrationem tam pulchram, tam claram, tamque luculentam, ut admiraretur plurimum portentosam cæcitatem Sacerdotum & Legis Doctorum, qui tam manifestam, tamque evidentem non aspexerunt veritatem; vel irasceretur obstinatæ ipsorum malitiæ, si viderunt illam & tamen cedere, seque dedere noluerunt. Quando aliquod Ectypon est tam bene formatum, ut nihil requirat ad perfectissimam repræsentandam similitudinem, impossibile est, ut id aliquis habeat ante

Scriptura ve-
teris Testa-
menti erat ro-
dis delineato
Messia, cui
cognosci po-
terat Arché-
typon quæ-
dò apparuit.

ante oculos, vel tantum ipsius in intellectu formet ideam, & non facile agnoscat Archetypon, hoc ubi primum comparuerit. Jam videte, an experta & docta manus Prophetarum, quam cunctis elapsis seculis direxerat spiritus DEI ad efformandum nobis effigiem vivam & nativam Messiae, quem promittebant, non exactissime observaverit. Omnia lineamenta, quae deducere poterant in cognitionem Jesu Christi, ceu veri Messiae; insuper an aliquis qui consideraverit hanc à Prophetis confectam & delineatam effigiem, cognoscere facile non possit aut debeat representatum ab ipsa Archetypon, & affirmare aspiciendo Jesum Christum: Ego vidi delineatam effigiem Messiae in scripturis; ecce tibi illum ipsum jam coram & praesentem.

Ipsius origo
Isaia 11.
Jerem. 2.
Ezech. 37.
Amos 9.
Mich. 5.

1. Si quaestio est de ipsius origine, Isaia, Jeremias, Ezechiel, Amos scripserunt, ipsum nasciturum è familiâ sancti Regis David; & Michæas annotavit hanc nativitatem peragendam in Bethlehem: ipsi probè noverant, Jesum Christum natum esse ex illustri hac familiâ, & memorato in loco. Ecce jam tibi inter eos similitudinem.

Ipsius mater
Isaia 7.

2. Si manifestanda est ipsius mater, dixerat Isaia, ipsum nasciturum è Virgine: Jam no-

verant, Mariam divinam ipsius Matrem vovisse DEO Virginitatem suam, quando praesentata fuit in templo, & videbant ipsam admirabilis esse sanctitatis velut Matrem Jesu Christi. Benè ergò judicare poterant, ipsum esse Filium Matris Virginis.

3. Si depingenda est ipsius infantia, dixerat scriptura, orituram novam stellam, & Regius decantabat Vates, adventuros Reges, qui ipsum adorarent, & sua ipsi offerrent munera. Jam non labeat ipsos, hos Reges advenisse, seque ab ipsis consultos fuisse in civitate Jerusalem, quod ipsi deductos se affirmabant sub directione novae sibi apparentis stellae (quod aliàs nunquam factum fuerat) & insuper interrogatos, ubi nasceretur Messias, ipsis respondisse nasciturum in Bethlehem. Cum igitur viderent, haec omnia verificata esse in Christo, benè cognoscere ipsum poterant, si conferre voluissent Archetypon cum hoc Archetypo.

Ipsius infantia.

Numer. 24.

Psal. 71.

4. Si proprio suo nuncupandus est nomine, dixerat Propheta Isaia, ipsum nuncupandum Emmanuel, hoc est, Deus nobiscum. Jam videbant, ipsum declarasse se Filium DEI, ipsumque secum esse; insuper nomen Jesus, quod gerebat, quodque significat Salvatorem, H h h 2 yerum

Ipsius nomen

Isaia 7.

verum esse nomen promissi Messiae. Et ex hoc cognoscere poterant ipsum.

Contingentia circa ipsum particulares.

Jerem. 31.
Ose. 11.

5. Si observandæ sunt aliæ particulares contingentia, quæ ipsius comitari debebant infantiam, ut melius agnosceretur ex iis, descripserat Jeremias stragem & excidium parvorum infantium, quod erat aliquid tam singulare, ut nunquam nisi hæc contigerit vice; & Oseas nuntiaverat, ipsi arripiendum fugam esse in Ægyptum. Jam ipsi bene refricare animo poterant crudelissimam hanc infantium cædem, sicut & revocare in memoriam, quomodo & quando in Ægyptum abiierint Maria & Joseph, illuc deportatum Infantem Jesum. Et cum cognoscerent, hunc ipsum esse, qui sibi loquebatur, ansam habebant ipsum recipiendi ceu verum Messiam.

Ipsius Præcursor.
Isa. 40.
Malach. 3.

6. Si loquendum est de ipsius præcursore, dixerat Isaias, audiendam ante ipsum vocem clamantem in deserto; & Malachias, mittendum à Deo Angelum ante ipsum. Jam videbant, sanctum Joannem Baptistam, qui dixerat ipsis, se esse hanc vocem in deserto, quam promiserat Propheta; & tantà veneratione ipse prosequerentur sanctitatem, ut ipsum velut Angelum intuerentur. Dubitare ergo non pote-

rant, quin ille, quem ipsius annuntiabat, esset Messias: hæc imago tam fidelis repræsentare non poterat aliud Prototypon.

7. Si observandum prædicationis ipsius initium, sicut & suorum vocatio Apostolorum, recensuerat Isaias, ipsum habiturum discipulos, quibusque suam esset consignaturus legem, quodque prædicationi suæ exordium daturus esset in Galilæa. Jam videbant, Jesum Christum incepisse primos suos vocare Apostolos, sanctum Petrum, sanctum Andream, sanctum Jacobum & sanctum Joannem, quodque prædicare inceperit in Capharnaum civitate, quæ Galilææ est Metropolis. Nonne hæc erant lineamenta similitudinis prorsus notabilis, ad invitandum illos, ut ipsum agnoscerent, modò voluissent.

8. Si attendatur ipsius doctrina, Isaias & Jeremias insinuerant, docturum & traditurum ipsum sublimissimam justitiam, ac totum renovatum Decalogum, adjiciendo ipsi magnam valde perfectionem. Jam videbant, ipsum prædicare doctrinam adeo puram, adeo sanctam, ut daret consilia tam eminentis perfectionis, ut diceret populo: *Nisi* Math. 5.
justitia vestra abundaverit plusquam v. 20.
Scribarum & Pharisaorum (quorum institutum tunc erat studere

Isa. 8.
Isa. 9.

Ipsius doctrina.

Isa. 11.

Jerem. 23.

dere majori vitæ perfectioni) non intrabit in regnum calorum. Cum igitur viderent magnum hunc zelum in Persona Jesu Christi, observare facillè poterant pulchram declinationem similitudinis Messia.

Ipsius miracula,
Isaie 35.

9. Si sermo sit de operibus miraculosis, quæ patranda fuerant à promisso Messia, Isaïas, qui ex Prophetis nobis ipsum, vivacioribus depinxit coloribus, affirmat, quod per ipsum aperientur oculi cælorum, aures surdis patebunt, sicut sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum, & ejusmodi reliqua. Jam videbant hoc indices adimpleri in Persona Christi Jesu, qui patrabat hæc omnia, & innumera alia omnis generis prodigia, ferè totidem miracula, quot opera; sed miracula tam manifesta, tamque vera, ut ipsimet ea non potuerint negare. Nonne hæc erat similitudo pulcherrima adumbrans effigiem Messia, qua convinci debuerant, ut pro vero Messia recognoscerent Jesum Christum.

Ipsius duæ naturæ, divina & humana
Isai. 9.
Michi, 5.

10. Si delineandus est Messias juxta id, quod est ipsi magis proprium & essentialè, Isaïas & Michæas, palpebras suas Propheticas magis omnibus acuerunt, illasque evibrarunt longius, dum duas in ipso observarunt naturas, divinam & hu-

manam; siquidem locuti sunt tum de ipsius æternitate & divinitate, tum de ipsius generatione humanâ & ipsius afflictione. Jam Scribæ & Pharisei probè videbant, Jesum Christum perficere opera, quæ possibilia non erant nisi soli Deo, veluti sunt tot miracula, quæ ex propriâ faciebat auctoritate, & absque aliâ invocatione Nominis DEI; videbant ipsum cognoscere occultissimas cordium suorum cogitationes, quas revelabat ipsis, ita ut de hoc dubitare nullatenus possent: ex aliâ parte perficiebat actiones humanas, unde negare non poterant, ipsum verum esse hominem. Cæci, non cognoscitis illum? Nonne cernitis tam perfectam conformitatem inter hoc Archetypon & delineatam effigiem Messia, ut dubitare vobis non liceat, quin ipsissimus sit ipse? Sed quod dicitur, est verissimum, non esse pejores cæcos, quàm qui nolunt videre.

11. Ulteriùs si observandus est locus & ordo, quem tenere debet in mundo Messias, Prophetæ Isaïas, Daniel & Zacharias, conjunxerunt duas in ipso res, quæ videntur conjungi vix posse, regnum nempe & maximam abjectionem. Jam Pontifices & Sacerdotes manifestè videbant, Jesum Christum ejus-

Ipsius exaltentia & abjectio.
Isa. 9.
Dan. 7.
Zach. 6.

Hhh 3 modi

modi exantlare actiones, quæ non congruebant nisi potentæ regali, uti nutrire ingentem populi multitudinem in deserto, quinque duntaxat panibus, quod evidenter demonstrat, ipsum esse omnipotentem illum DEum, de quo scriptum est, quod aperiat manum suam, & impleat omne animal benedictione; quod autem exin voluerint ipsum agnoscere pro rege, sed ipse hunc prosequentem se fugerit honorem, demonstrat cum ipsius regno, profundam sui ipsius abjectionem & humilitatem. Hæc actio tam explorata erat, tamque manifesta, ut ignorari non potuerit ab ullo ex Magnatibus Jerosolymitanis; sed suos videntur clausisse oculos, ne viderent illam. Et exin denuò aspexerunt ipsius tum regnum, tum abjectionem, eodem omnino tempore, & eodem prorsus intuitu, quando sedens vilem super alinum ingressus est civitatem Jerosolymam, ubi dum populi proclamabant ipsum Regem Israelis, ipse se demonstrabat cunctorum hominum humillimum. Venite Scribæ & Pharisei, conferte effigiem Messie delineatam vobis in scripturis cum eo, quod propriis intuitu oculis in Jesu Christo: an quidquam magis simile videri possit? Et vos dicatis, vos ipsum non cognoscere?

12. Adhæc si attendatur sacrificium Religionis & immutatio Sacerdotis, quam facere debeat Messias, transferendo imperfectionem antiquæ in perfectionem legis novæ: Rex Propheta prædixerat, ipsum fore Sacerdotem in æternum secundum ordinem Melchisedech, ad offerendum, non victimas cruentas, sicut sacerdotes Aaronis, sed panem & vinum in sacrificio: & Scribæ & Pharisei, qui explorabant actiones Jesu Christi, bene nôsse poterant, quid fecerit ad vesperam cœnæ cum suis Apostolis, post comestionem Agni Paschalis, quæ erat velut ultima omnium consummatio figurarum, post quas instituerat sacrificium perpetuò duraturum legis novæ in materia panis & vini. Et his ita positis non dicant: sanè igitur hic est Sacerdos magnus secundum ordinem Melchisedech, promissus à Prophetis.

13. Sed tandem, si aliam non habuissent notam magis manifestam, quàm illam à se ipsis subministratam, persequendo Jesum Christum, ipsum contemnendo ipsum repudiando, ipsum afficiendo tot injuriis, tot calumniis, tot opprobriis, quibus juxta vaticinia Isaïæ, Jeremiae, Zachariæ, Davidis, afficiendus erat venturus Messias, nonne manifestè legerant in ipsis, prænuntiatum & promissum Messiam ipsum esse.

Revo-

Ipsius Sacerdotium

Psal. 109

Repudium & contemptus ipsius.

Isa. 53.
Jerem. 9.
Zach. 9.
Psal. 21.

Revolvantur hâc ratione omnes scripturæ veteris Testamenti, & observentur studiosè omnia lineamenta, quæ unusquisque singillatim ex Prophetis adjecit, ad depingendum Messiam mundo à se promissum, nec unicus erit, qui non agnitus sit ipsum in Persona JESU Christi. Et hanc ob rem remisit Scribas &

Phariseos ad indagandum seriò & penitus in scripturis: *Scrutimini scripturas*, ut addicerent cognoscere ipsum in verâ effigie & delineatione suâ; & si hoc testimonio, cui omnem impendunt fidem, ipsum agnitus abnuerent recipere, inexculabiles omninò manerent.

Joan. 5.

ARGUMENTUM.

Jesus Christus clarè demonstrat Judeis, se à Patre suo eterno missum esse.

ARTICULUS IV.

Qui cogitat seriò de JESU Christo, totus occupatur illo.

PRÒ quantum occupatur & distinetur animus re aliquâ, cui seriò & diu navavit operam, quamque ardenti prosequitur amore! Philemon, cui nihil à conversione suâ tam cordi erat, quàm indagare efficacia motiva, quibus confirmari posset in fide, quâ credebat, JESUM Christum proprium esse Filium DEI & verum Messiam, revolvebat incessanter animo peccatum, quod commiserant Scribæ, Pharisei & Legis Doctores, quod recipere noluerint JESUM Christum veluti verum Messiam; siquidem omnia, ubi videtur, ex hoc dependebant. Si recepissent ipsum & primi fuissent, qui exemplo præluxissent populo credendi in ipsum & recipiendi Doctrinam ejus, cæteri omnes ipsorum

pressissent vestigia, ut brevi totius mundi conversio, facilem & auspiciatum fuisset sortita exitum.

O miseros! quantum patrârunt mali ambitione suâ, æmulatione suâ; proprii sui emolumentum affectu & studio! Quot animarum millionibus irreparabilem parârunt & pepererunt jacturam? Et quantos labores, quantos cruciatus, quamque intolerabiles dolores conciliârunt JESU Christo & omnibus suis hâc solâ oppositione? Si ipsorum fuisset præsens disceptationi, videtur mihi, evicturum me fuisse, ut omnes ipsi porrigerent manus.

Eram aliquando, dicebat nobis, tantâ contentione huic intentus cogitationi, ut ipsi totus hærem

Math. 21.

rem immerfus; quid mecum fiet, nescius videbar abreptus mihi extra meipsum, nec dicere possem, an dormierim, an vigilaverim. Sed videre mihi videbar IESUM Christum circumfusum cohorte arrogantissimorum & perversissimorum Scribarum, Phariseorum, & Legis Doctorum, qui se congregaverant omnes circa ipsum, ad opponendum se ipsi, ad confundendum ipsum, eâ ratione, quâ Pygmaeorum legio circa Herculem, ad ipsum exarmandum.

IESUS Christus dæmonstrat Judæis, se DEUM esse, tribus testimoniis irrefragabilibus,

Asperè interrogabant ipsum: *Quis dedit tibi hanc potestatem?* Unde tibi facultas faciendi hæc omnia, quæ facis? unde venis! quis hæc munivit te facultate? Respondēbat illis divinâ cum mansuetudine, & eâdem cum Majestate: Missus sum ab æterno Patre meo, qui omnem dedit mihi potestatem, ut salutem totius mundi impenderem illam. Quis est Pater tuus, qui misit te? Nos non novimus ipsum. Est is, quem vos appellatis DEUM vestrum, quem adoratis, cui vestra offeritis sacrificia. Sanè testimonium perhibes de teipso nimis gloriosum, dum jactas te DEI Filium; sed non credimus tibi, testimonium tuum non est verum, cum propria tua agatur causa, & in causâ propriâ credatur nemini.

Diceretis benè, si solus essem; sed solus non sum; Pater meus æ-

ternus, qui me misit, idem testimonium perhibet de me, quem vos nescitis: Vos misistis ad Joannem Baptistam, cui creditis velut oraculo cæli, & ipse dixit vobis, ipsemet audiverit vocem divini quod Patris mei, loquentis è cælo, meq; declarantis dilectum suum filium. Et si tertio opus sit testimonio, visibiliter descendit Spiritus Sanctus supra Jordanem, eodem, quo vox loquebatur, tempore, & meum quievit supra caput, ut oculi tam benè, quam aures testimonium perhiberent veritati. Et Joannes Baptista, cui contradicere non potestis, perhibuit hoc testimonium vobis ex proprio ore suo, quod & viderit & audiverit me esse verè Filium DEI: dubitare igitur de hoc non potestis; Nam ecce vobis testes irrefragabiles! Affirmat lex vestra, nonnisi duobus esse opus ad confirmandam aliquam veritatem; & ecce illorum quatuor: Pater meus æternus id dicens vobis, Spiritus Sanctus id monstrans vobis, Joannes Baptista id annuntians vobis, & ego denique confirmans id vobis. Nullam igitur incredulitas vestra admittit excusationem, si de hoc dubitetis, cum nonnisi vestræ sit effectus malitiæ.

Nos non credimus tibi, ajebant illi affectatâ cum duritiâ, tu es homo, sicut omnis alius homo; Nos novimus cognationem tuam; tu es filius Joseph & Mariæ, qui

qui pauperes sunt homines; ejusmodi hominum genus non genuit DEum; tam parum nobis non est animi, ut credamus te verum esse Filium DEI.

Demonstrat se Messiam esse ex operibus suis.

Mirum in modum respondit illis: Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi; si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite: sicut enim ex fructibus cognoscitur arbor, ita ex operibus homo. Nemo facere potest opera soli omnipotentiae DEI propria, nisi sit DEus: non nisi Pater meus aeternus habet mortem & vitam in manu sua, ipse solus remittere potest peccata hominum, cunctis creaturis simul in magna haec opera non est facultas ulla. Jam is eandem mihi dedit potestatem, dum ex propria sua me genuit substantia. Ipse opera haec DEI omnipotentis facit meum, & ego facio ea cum ipso eadem potestate nobis communi; quod vos ipsi videtis: ad haec quid potestis dicere?

Veniet hora, & jam est, quando aperientur sepulchra & reddent mortuos suos, & mortui recipient vitam. Quis facere hoc potest, nisi solus DEus? Haec adimpletio est Prophetiae Ezechielis, ubi DEus promittebat vobis: *Aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris.* Jam id feci, & vos vidistis. Reddidi vitam unico filio viduae, qui portabatur ad tumulum, extra portam civi-

Ezech. 37. Ex resurrectione Adolescentis Naemitici, quem ipsimet viderunt, & Filiae Principis Synagogae.

tatis Naim; erat turba multa cum eo, & viderunt omnes, me non aliam invocasse potentiam, nisi illam, quam Pater meus caelestis dedit mihi; sed summam mihi concessam potestate dixisse ipsi: *Adolescens tibi dico, surge.* Et mox surrexit tum vivus, tum sanus. Restitui vitam Filiae Principis Synagogae, quae deplorabatur mortua; volui Patrem & Matrem ipsius esse praesentes, sicut & Apostolorum meorum aliquos. Nil aliud oravi, nisi quod usus fuerim infinitam potentiam, quam recepi a Deo Patre meo, proprio suo nomine vocando ipsam & mandando ut resumeret vitam, & protinus id fecit. Princeps hic Synagogae laetabatur inde plurimum, & quod factum fuerat, toti prope laetabat Synagogae; & id ipsum non latuit universam Judaeam.

Sed his omnibus plura & majora feci. Siquidem eripui Lazarum e tyrannide mortis, quem in suis jam quatuor dies constrinxerat dentibus, & quasi jam devoraverat totum, cum jam foeteret, & semi-corrumperetur putredine: admotus jam fuerat ingens ad sepulchrum lapis, & omnis evanuerat spes, ipsum denuo aspicendi vivum. Multitudo copiosa Magnatum Jerosolymitarum aderant, dum ipsum vocando proprio nomine evocavi e tumba, & revocavi ad vitam. Quid ad hoc dicetis facinus? an negabitis

Ex prodigiosa resurrectione Lazari in praesentia Magnatum Jerosolymitarum.

tis id verum esse? sed ecce frequentem turmam Magnatum civitatis, qui hauserunt id oculis, ejusque irrefragabiles evadunt testes; & ex hoc tempore longis adhuc annis vixit Lazarus, ita ut invidi, qui sufferre vivum hunc non poterant testem, utpote qui gloriosum hoc prodigium coram ipsis portabat quasi in triumpho, malignum machinantur consilium ut Lazarum exuerent vitam, quam dederam ipsi, ut abolerent à se dedecoris notam, quam innuebat ipsorum fronti. Dubitare ergo non potestis, quin congruat hoc facinus veritati. An dicatis, opus hoc esse simplicis hominis, nec divinam illi consuecundo requiri potentiam? Sed ejusmodi propositionem an proferre in medium audeatis, quæ responsum referre aliud non mereretur, nisi maximi contemptus.

Videte igitur, quid respondere poteritis, quamque obstinatæ vestræ incredulitati præterdere excusationem? si facio opera Patris mei æterni, id est, opera, quæ possibilia non sunt, nisi Deo omnipotenti; si facio illa cum ipso, & per eandem ipsius potentiam, diffiteri, me ipsius esse filium, haud poteritis: DEum enim oportet esse ad faciendum id, quod DEus solus facere potest. Jam testes in voco proprios vestros oculos, proprias vestras aures; an verum non sit, quod fecerim illa in præsentia vestra & conspectu o-

mnium. Quomodo ergo dubitare potestis de veritate, quæ luce meridianâ clarior irradiat vobis?

Videbar mihi, inquiebat Philemon, videre hos homines omnino luminis hujus splendore offusos nescio an confusos. Videbant nihil, eoque viderent nimum, volentes defendere se contra horum evidentiam argumentorum, sed non inveniebant, nisi quod semper magis maligni sui cordis obfirmarent indurationem. Quamobrem Christus Jesus, ut ultimum hoc adoriretur propugnaculum, & novum divinitatis suæ præberet illis argumentum, quo convinci deberent, eoque experirentur illud in seipsis, dixit ad eos: Intimè vos novi, constant mihi arcana cordis vestri, & video nihil vos habere charitatis erga DEum in vobis. *Cognovi vos, quia dilectionem DEI non habetis in vobis*: Id est, intueor clarè penetralia cordis vestri, quod sit nec amor Dei, nec zelus gloriæ ipsius, qui exstimulet vos, ut opponatis vos mihi: est ambitio vestra, est invidia vestra, est proprium vestrum emolumentum. Quâ ratione ultimum hunc à se detorquebant & evadent istum? Nonne deberent dicere: Non nisi Dei est, cognoscere arcana cordis; jam ille cognoscit hæc, cum indicet nobis vera, quibus nolter agitur animus, sensa: oportet ergo, ut ait, ipsum esse verum Filium DEI;

Joh. 9.

Dw
su
der
hor
vivJES
de
sua
tate
mif
cate
fir
eul

DEI, de quo amplius dubitare invincibilis est resistentia obdubitationis non licet. Nihilominus rati cordis in malitia.

ARGUMENTUM.

Jesus Christus pergit dare Judæis argumenta luculenta Divinitatis suæ.

ARTICULUS V.

Divinitas JE-
su Christu vi-
deri potest ab
hominibus
viventibus.

Videbam, prosequitur Philemon, quod, cum invenire non possent rationes, quas opponerent veritatibus adeo manifestis, & nihilominus cedere non vellent, aliud responderint nihil, nisi quod solent increduli, qui suo sunt animo obfirmati: Non credimus tibi, videmus enim te esse hominem, sed non videmus, te esse DEum. An ergo videre vultis divinitatem meam in se ipsâ, reposuit ipsis Christus JESUS? Nunquid videtis divinitatem ubique, ubi est ipsa per suam immensitatem? an unquam homo mortalis vidit illam? quomodo ergo videre illam poteritis in mea persona, ubi absconditam illam servo sub humanitatis meæ velo, ut familiarem reddam me vobis? Sed clarè videtis divinitatem ubique in effectibus suis, omnibus nempe creaturis, quas eduxit è nihilo, quasque perpetuò conser-

Jesus Christus
demonstrat
suam divini-
tatem in re-
missione pec-
catorum con-
firmata mira-
culo.

vat. Similiter clarè videre licet vobis divinitatem meam in effectibus, quos producit coram oculis vestris, qui non solum magnitudine suâ adæquant crea-

tionem mundi, sed illâ majores adhuc sunt & difficiliores. Nonne vidistis remittere me peccata hominum. Quando allatus est mihi miser ille Paralyticus, quem demiserunt coram me per testum domus, initium dedi sanitati ipsius, dicendo: *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Imò, dixerunt illi, sed omnes ex eo scandalizati sunt, & exclamârunt: quis est hic, qui blasphematur? quis dimittere potest peccata, nisi solus DEus. Verum est, replicavit Christus: Video scandalum vestrum, & incredulitatem vestram; sed mox pacificaverim illam; ut enim sciatis, me verè potestatem habere dimittendi peccata hominum, quod non nisi solius DEI est, dico mox huic Paralytico; *Surge & ambula;* illicò surrexit coram omnibus & ambulavit; confirmavi unum miraculum per aliud, & ostendi sanitatem invisibilem animæ per sanitatem visibilem corporis, de quo ipsi vestri oculi vobis perhibent testimonium. Dubitare ergo non potestis de effectu, quem mea

Matth. 9.



verba produxerant invisibiliter, dum videtis illum, quem visibiliter produxerunt; & quia annuitis ipsimet, nonnisi spectare ad DEUM, dimittere peccata hominum, obligati ergo eratis, videndo me illa dimittere, agnoscere & confiteri invitis vobis, divinitatem meam.

Exspectabam, quid respondere possent ad hoc; & videbam ipsos totos hæsisse attonitos & mente confusos. Nilominus aliquis ipsorum audacior & arrogantior cæteris, insolenter exprobrabat ipsi: expetiimus aliquando à te signum certum & manifestum, de quo dubitare non liceret nobis; verum sive nolueris ex defectu tui erga nos affectus sive non potueris ex defectu tuæ in te virtutis, exhibuisti nobis nullum, sed remisisti nos ad Prophetam Jonam. Si id poteras, & volebas, ubi est charitas? Si id volebas, & non poteras, ubi est veritas, dum dicis nobis, esse te Filium DEI.

Quare remiserit Christus Jesus Judæos ad miraculum Jonæ Prophetæ. O generatio mala & adultera! respondit illis Christus JESUS: Noveram bene vestram malitiam, quale miraculum exhibere vobis poteram, cui contradicere, quodque in malignum sensum interpretari vobis non fuerat animus? Miraculum aliud non est, quod movere vestras posset animas,

nisi illud Jonæ Prophetæ. Aspici-
cite prodigia pœnitentiæ, quam prædicavit, quamque persuasit, & ipso opere exerceri fecit in magna civitate Ninive, quando omnes à rege usque ad infimum de plebe, induerunt se sacco, asperferunt se cinere, extenuerunt se jejunio, quando verè humiliati & corde compuncto seriam meditabantur pœnitentiam, effusi in lachrymas efflagitarunt & obtinuerunt à Deo misericordiam. Ecce solum hoc miraculum, unicum hoc signum, quo vobis est opus, cum unicum hoc sit, quod vestram operari possit conversiōnem: non per vestrum stat intellectum, ubi abunde satis vobis est luminis, sed per vestrum stat cor, ubi plus æquò habetis obdurationis & malæ voluntatis; & quousque hoc emoluitum non fuerit æs, proterva hæc malitia è corde vestro non fuerit ejecta, non credetis, nec unquam victas porrigetis manus. Desiderate hoc unicum in vobis videre miraculum, hoc demonstrabit vobis cætera omnia, ex eo cognoscetis veritatem, & veritas salvabit vos omnes.

Verum an opus sit, inquit-
bant, ut redux veniat in mun-
dum Jonas ad prædicandum
nobis, sicut Ninivitis? quid peiores Ni-
quæritis, increduli, replicabat
Jesus

JESUS Christus? Viri Ninivitæ surgent in judicio contra vos, & condemnabunt vos, quia poenitentiam egerunt in prædicatione Jonæ, cum minoribus gratiæ auxiliis, quàm iis, quæ recepistis vos. Erant ipsi infideles, quinon noverant verum DEum, & vos ipsius habetis nontiam, toti ipsius luminibus, ipsius cognitione repleti: Ipsi non audièrant, nisi vocem alicujus hominis minitantis sibi ex jussu DEI, quem non cognoverunt; & vox DEI, proprium ipsius Verbum, eo nomine descendit de cælo, ut vestris allaberetur auribus, DEus ipse in Persona loquitur vobis; qui ipsius vos tenere institutum non diffitemini, & id nihili penditis, flocci æstimatis, Ipsi non viderant miracula, plura, quibus disponderentur ad credendum; & vos indes videtis illorum tantam copiam, ut abunde sat essent ad conterendos scapulos & convellendas tremore ipfas orbis universi bases? Et nihilominus ipsi omnem suam dimiserunt duritiam, crediderunt firmiter, & humiliati sub manu DEI conspecti sunt, in exercitiis seriæ & veræ poenitentia; & vos perseveretis inflexibiles? Ecce vobis Judices, qui condemnabunt vos coram tremendo judicio DEI.

Non comprehendebam, in-
quiebat Philemon nobis, quod

post hæc omnia non cederent, nec flecterentur in minimo. Experiebar in corde meo indignationem adversus malitiam illorum, non tamen absque commiseratione magnæ illius, quâ tenebantur, cœcitatibus, dolebam ipsorum vices, turbulento obrutus animo diversarum cogitationum tumultu. Ex abundantia hæc cordis humani malitiâ, quæ nullis bonitatis divinæ flecti se finit illecebris, hærebam totus attonitus, nec aliud quidquam cogitare poteram, nisi quod dicerem: ô duritia! ô malitia Judæorum, quàm es incomprehensibilis!

Bonus noster Ecclesiasticus, qui perceperat omnem hanc Philemonis enarrationem magnâ attentione animi, quique haud leviter inde fuerat commotus, cohibere se non poterat, quin diceret nobis, profundo in cœlum emisso suspirio: sed nobiscum quid erit? Judæi nullam sanè obtendere possunt excusationem, quod credere noluerint in Christum JESUM; sed nos, qui credimus in ipsum, an excusabiles sumus, dum eâdem omnino vivimus ratione, ac si non crederemus in ipsum? quid prodest verbotenus differre à Judæis, dum ore, sicut ipsi dicere non audemus: Non credimus in JESUM Christum; ipsumque hoc verbum nobis incuteret horrorem, si ex nostro prodiret ore? quid

Deteriores sumus Ninivitis & Judæis ipsis, nisi demus manus Jesu Christo.

nobis prodest, si non differamus quasi ab ipsis, in sensibus, desideriis, affectibus & operibus nostris? si quidem video, ipsos non magni fecisse IESUM CHRISTUM, ex eo, quod toti illigati & illecti fuerint ambitione, propriisque suis commodis, quibus valedicere oportuisset, si credere voluissent in ipsum. Et nos an deserere volumus unicum duntaxat vel commodorum nostrorum, vel vanitatum nostrarum apicem, ut obtemperemus Christo, qui præcipit id nobis? Et tamen dicimus, nos credere in ipsum: lingua nostra asserit, quod credamus; quod non credamus, nostra asserunt opera; verba nostra multum præferunt Christianismi, sed facta nostra quasi omnia paganismum redolent.

Disimus nos credere, sed reipsâ non credimus.

O DEUS, quantâ nos tenet cœcitate amor noster proprius, quamque longè absumus ab eo, quod credamus reipsâ, sicut dicimus! Nam qui crederet verè, mortuus omninò deberet esse mundo, deberet renuntiare omnibus, quæ possidet, & omnia deserere, ut sequeretur ipsum; deberet configere se cruci, & hanc portare post ipsum cunctis diebus vitæ suæ; deberet continuam & nunquam intermissam exercere pœnitentiam, suamque cum vita ipsius semper crucifigere vitam. Siquidem novimus ipsum hæc omnia verbis manifestis dixisse nobis,

& insuper declarâsse, quòd sine his impossibile sit ipsius esse discipulum, id est, Christianum. Et nos dicimus, quod credamus in ipsum, & dum hoc dicimus, totum agimus oppositum. Quid expectandum nobis est, nisi quod dicturus sit nobis: Ex ore tuo te judico, serve nequam, noveras benè, quid agendum tibi esset, ut verus & bonus esses Christianus; dicebas ipsemet, & palam profitebaris, credere te id firmiter, & totum fecisti contrarium? ô Christiane verbis & Anti-Christiane operibus, memor esto, verba tua abitura in fenum, sed opera tua secutura te usque ad tribunal justitiæ magni DEI.

Dicebatur olim militi cuidam, qui gerebat nomen Alexandri, quique tamen insimulabatur vecordiæ, ignaviæ, desidiæ: Aut Alexandri nomen depone, aut age ut Alexander. Sed dicendum nobis est pro maximâ nostrâ confusione: Aut desere nomen Christiani, aut age ut Christianus; fac ut opera nominis respondeant Christiani. Nos profanamus & violamus sacrum hoc nomen, quod tam indigne portamus nosque inani quadam seducimus confidentiâ, Christianos nos esse reipsâ, qui contenti sumus denominatione solâ? profectò enim; profectò enim nonnisi in speciem tales sumus plerique.

CON-